

251
quod credit. Tu credis quoniam unum deus benefacis.
Nec putes quod magnum aliquid facias credendo
unum esse deum. Hoc enim & demones faciunt. Nec
solum deum patrem. sed & filium dei credunt. Sed nec
deum credere. & contemescere magnum est. si non
& in eum credat. Hoc est si in eum in corde amor
teneat. Aliud est enim credere illi. aliud credere
illum. aliud credere in illum. Credere illi est. credere
vera esse que loquitur. Credere illum. credere.
quia ipse sit deus. Credere in illum. diligere
illum. Vis autem scire ob homo inanis quomodo fides
sine operibus otiosa est. Quomodo paulus apostolus predicans
iustificari hominem per fidem sine operibus non bene
intellectum est ab eis quos sic dictum acceperunt. ut puta
rent cum semel in christum credidissent. & iam
simile operarentur. & facinorose flagitioseque